

Rot.  
rat.  
cht.

8  
873




00

Hunc librum  
Bibliothecæ Scholasticæ,  
adjungit

M. Balthasar Hofmann.  
Gymnas. Rector.

---

Martisburgi. A. C. 1779.





AB 149973



Rhoman

1172

L 193,  
/

# ERASMI ROTERODAMI

Paraclesis id est, adhortatio ad  
Christianæ philosophiæ  
studium.

**L**ACTANTIVS ille Firmi-  
anus, optime lector, cuius lin-  
guam vnice miratur Hiero-  
nymus, Christianæ religioni patroci-  
natus aduersus Ethnicos, cum pri-  
mis optat sibi dari eloquentiam, Tul-  
lianæ proximam, improbum ratus,  
opinor, optasse parem. At ego sane,  
si quid huiusmodi votis ꝑficitur, tã-  
tis per dum mortales omneis ad sanc-  
tissimum ac saluberrimum Christia-  
næ philosophiæ studium adhortor,  
ac veluti classicum canens euoco, ve-  
hementer optarim eloquentiã mihi  
dari, longe aliam quam fuerit Cice-  
roni, si minus picturam quam fuit

A ii

**Optatelo** illius, certe multo magis efficacem.  
**quentiam** Imo si cui vnquam talis contigit dicē  
**efficacē.** di vīs, qualem non om̄ino sine causa  
**Mercuri** veterum poetarū fabulę subnotarūt  
**us.** in Mercurio, qui ceu magica virga  
diuinaq; cithara somnū immittit cū  
libet, & idem adimit, quos vult ad in  
feros impellens, ac rursus ab inferis  
euocans, aut qualem signarūt in Am  
phione Orpheoque, quorum alter  
rigida mouisse saxa, alter quercus &  
ornos traxisse cithara, fingitur. Aut  
qualem Ogmio suo tribuebant Gal  
**Merces** li, mortales omneis catenulis a lingua  
**Celticus** in aures infixis, quo vellet circūducē  
**Marsias** ti. Aut qualem Marsyæ fabulosa tri  
buit antiquitas. Aut certe ne nimium  
diu fabulis immoremur qualem So  
**Socrates** crati tribuit Alcibiades Pericli uetus  
**Alcibiades.**  
**Pericles.** comœdia, quę non aures tantū mox  
peritura voluptate deliniat, sed quę

tenaces aculeos reliquat in animis au-  
ditorum, quæ rapiat, quæ transfor-  
met, quæ multo alium dimittat audi-  
torem quam acceperit. <sup>Timothe</sup>  
Timotheus <sup>us.</sup>  
musicus ille nobilis Dorios occinēs  
modos, Alexandrum magnū ad bel-  
li studium inflāmare solitus legitur.  
Neq; defuerunt olim, qui precamini-  
bus, quas Græci vocant ἑπωδαίος, ni-  
hil ducerēt efficacius. Quod si qd vs-  
quam esset huiusmodi genus incan-  
tamenti, si qua vis harmoniæ, quæ ve-  
rum habeat εὐθουσιασμόν, si qua Pitho  
vere flexanima, eam mihi cupiam in  
præsentia suppeterere, quo rem omni-  
um saluberrimā omnibus persuade-  
am, Quanquā illud potius optandū  
vt Christus ipse cuius negociū agit,  
ita citharæ nostræ chordas temperet  
vt hæc cātilena penitus afficiat ac mo-  
ueat animos omniū. Ad quod quidē

A iii

Veritatis  
oratio &  
simplicior  
hoc effica-  
tior.

Philoso-  
phia.  
Christiane  
glecta.

efficiendum, nihil opus rhetorū epis-  
cherematis, aut epiphonematis. Hoc  
quod optamus, nō alia res certius p̄-  
stet, quam ipsa veritas, cuius quo sim-  
plicior, hoc efficacior est oratio. Ac  
primum quidem nō libet in præsenti-  
a refricare querelā illam, non omni-  
no nouam, sed heu nimiū iustam, &  
haud scio an vnquam iustiorē quam  
hiscē temporibus, cum tam ardenti-  
bus animis in sua quisq; studia mor-  
tales incumbant, hanc vnā Christi-  
philosophiam a nonnullis etiā Chri-  
stianis rideri, a plerisque negligi, a pau-  
cis tractari, sed frigide, nō enim dicā  
insincere. At in cæteris disciplis om-  
nibus, quas humana prodidit indu-  
stria, nihil est tam abditum ac retrusū  
quod non peruestigarit ingenii saga-  
citas, nihil tam difficile, quod nō ex-  
pugnarit labor improbus Qui fit au



tem, vt hanc vnam philosophiã, non  
his quibus par est, animis amplectamur,  
quotquot ipso etiã cognomine  
Christi nomen profitemur? Platoni  
ci, Pythagorici, Academici, Stoici,  
Cynici, Peripatetici, Epicurei, suę q̄  
q̄ sectę dogmata, tũ penitus habent  
cognita, tum memoriter tenent, pro  
his digladiantur illi, vel emoritur  
citius, quam autoris sui patrociniũ de-  
serant. At cur non multo magis tales  
animos præstamus authori nostro  
principique Christo? Quis nõ vehe-  
menter fœdum censeat. Aristotelicã  
profitenti philosophiam, nescire qd  
vir ille fenserit de causis fulminũ, de  
prima materia, de infinito? quæ nec  
cognita felicem, nec ignorata reddũt  
infelicẽ. Et nos tot modis initiati, tot  
sacramentis adacti Christo nõ fœdũ  
ac turpe putamus illius nescire dog-

Philosophi  
gen  
tiliũ pitia

Christian  
orum so  
cordia.

A iiii

mata. quæ certissimam omnibus præ-  
stent felicitatem? Nam quorsum attin-  
et hic cōtentione rem exaggerare,  
cum hoc ipsum impiæ cuiusdam de-  
mentia sit, Christū cū Zenone aut  
Aristotele, & huius doctrinam cū il-  
lorum. vt modestissime dicā, præcep-  
tiunculis conferre velle? Affingant il-  
li suæ sectæ principibus. quantū pos-  
**Christus** sunt, aut quantum libet. Certe solus  
hice cælo pfectus est doctor, solus  
certa docere potuit, cum sit æterna sa-  
pientia, solus salutaria docuit vnicus  
humanæ salutis author, solus absolu-  
te præstitit, quicquid vnquā docuit  
solus exhibere potest. quicquid pro-  
misit. Si quid a Caldæis aut Aegyp-  
**Peregrina** tiis adfertur, id ob hoc ipsum acrius  
**placēt.** auemus cognoscere quod e peregrina-  
**Insonis** no sit orbe deportatū, & pretii pars  
**homūclo** est elonginquo venisse, & sæpenūe-  
**si distors**  
**quemur.**

ro insomniis homunculi, ne dicā im-  
postoris, tā anxie distorquemur, nō  
solum nullo fructu, sed magno tem-  
poris dispendio vt ne quid addā gra-  
uis, tametsi iam hoc ipsū vt nihil ac-  
cedat grauiissimum est. At q̄ fit, vt hu-  
iusmodi cupiditas nō item Christia-  
nos titillet animos, quibus, persuasū  
est, id quod res est, hanc doctrinam  
non ex Aegypto Syriaue sed ex ipso  
venisse cœlo? Cur non ita nobiscum  
cogitamus omnes? nouū & admira-  
bile philosophiæ genus sit, oportet,  
quod vt traderet mortalibus, is qui  
deus erat, factus est homo, q̄ immor-  
talis, factus est mortalis, qui in corde  
patris erat, sese demisit in terras. Ma-  
gnū quiddam & haud quaquā tri-  
uiale sit, oportet, quicquid illud est,  
q̄d ille tam admirandus author, post  
tot excellentiū philosophorū famili-

Ex celo ve-  
nit.  
Prestātia  
philosof-  
phiæ Chris-  
tiane.

B

as, post tot insignes prophetas, doc-  
turus aduenerit. Cur non hic pia cu-  
riositate singula cognoscimus disqui-  
rimus, excutimus? Presertim cū hoc  
sapiētiae genus, tam eximiū, vt semel  
stultam reddiderit vniuersam huius  
mūdi sapientiam, ex paucis hisce lib-  
ris, velut e limpidissimis fōtibus, hau-  
rire liceat longe minore negotio quā  
ex tot voluminibus spinosis, ex tā im-  
mensis, iisq; inter se pugātibus inter-  
pretum commentariis, Aristotelicā  
doctrinam, vt ne addam, quanto ma-  
iore cū fructu. Nihil enim hic necesse  
est, vt tot anxiiis disciplinis istructus  
accedas. Simplex & cuiuis paratum  
est viaticum. Tantum fac adferas pi-  
um ac promptum animū, & in pri-  
mis simplici puraq; præditum fide.  
Tantū esto docilis, & multum in hac  
philosophia promouisti. Ipsa suppe-

Quibus  
instructū  
oporteat  
esse, qui  
Christias  
nam philo-  
sophias  
discere cu-  
piat.

ditat doctorem spiritum, qui nulli se  
se lubentius impartit, quam simplici  
bus animis. Illorum disciplina, præ-  
terquam quod falsam promittunt fe-  
licitatē, multorū ingenia submouēt,  
ipsa videlicet præceptorum difficulta-  
te. Hæc omnibus ex æquo sese acō-  
modat, submittit se paruulis, ad illo-  
rum modulum sese attēperat, lacte il-  
los alens, ferens, confouens, sustinēs  
omnia faciens, donec grandescamus  
in Christo, At rursus ita nō deest in  
fimis, vt summis etiam sit admirabi-  
lis. Imo quo lōgius in huius opes p-  
gressus fueris, hoc longius illius ma-  
iestate submoueris. Paruis pusilla est  
magnis plusquā maxima. Nullā hæc  
ætatem, nullum sexum, nullam fortu-  
nam, nullam reiicit conditionē. Sol  
hic non perinde communis, & expo-  
situs est om̄ibus, atq; Christi doctri-

facilitas

B ii



Ab idiotis  
etiam legi  
debet di-  
uinae lre

na. Non arceat omnino quēquam, ni-  
si quis semet arceat, ipse sibi inuidēs.  
Vehementer enim ab istis dissentio,  
qui nolint ab idiotis legi diuinas lite-  
ras, in vulgi linguam transfusas, siue  
quasi Christus tam inuoluta docue-  
rit, vt vix a pauculis theologis possit  
intelligi, siue quasi religionis Christi  
anae praesidium in hoc sitū sit, si nesci-  
atur. Regū mysteria celare fortasse sa-  
tius est, at Christus sua mysteria quā  
maxime cupit euulgari. Optarim vt  
omnes mulierculæ legant euangeliū  
legant Paulinas epistolas, Atq; vtis-  
nam hæc in omnes omniū linguas es-  
sent transfusa, vt nō solum a Scotis et  
Hybernis, sed a Turcis quoq; & Sa-  
racenis legi cognosciq; possint. Pri-  
mus certe gradus est, vtcūq; cogno-  
scere. Esto riderent multi, at caperen-  
tur aliquot. Vtinam hinc ad stiuā ali

Cognitō

quid decantet agricola, hinc nō nihil  
ad radios suos modulet̃ textor, hu  
iusmodi fabulis itineris tædiū leuet.  
viator. Ex his sint omnia Christiano  
rum omnium colloquia. Tales enim  
ferme sumus quales sunt quotidiane  
nostræ confabulatiōes. Assequatur  
quisq; quod potest, exprimat quisq;  
quod potest. Qui posterior est, non  
inuideat præcedenti, qui prior est, in  
uitet sequentem, nō desperet. Cur p  
fessionem omnium communē ad pau  
cos cōtrahimus? Neq; enim consen  
taneum est, cum baptismus ex æquo  
cōmunis sit Christianorum omnium,  
in q̄ prima Christianæ philosophiæ  
professio est, cum sacramenta cetera,  
deniq; cum præmium illud immorta  
litas ad omnes ex æquo pertineat,  
sola dogmata, in pauculos istos esse  
relagenda, quos hodie vulgus theo-

Theolo  
gi.

B iii

AD ōachi.

Esse qđ  
audiūt .i.  
vocantur

Vere thes  
ologus.

logos aut monachos vocat, quos ip-  
sos tamen, tametsi minima quæpiam  
portio sunt ad populum Christiani  
nominis tamen hos inquã ipsos op-  
tarim maiorem in modum esse quod  
audiunt. Vereor enim ne inter The-  
ologos reperire liceat, qui multũ ab-  
sint a suo titulo, hoc est, q̄ terrena lo-  
quantur non diuina, & inter mona-  
chos, qui Christi paupertatẽ & mun-  
di contemptũ profitentur, plusquã  
mundũ reperias. Is mihi vere Theo-  
logus est qui non syllogismis arte cõ-  
tortis, sed affectu sed ipso vultu atq̄  
oclis, sed ipsa vita doceat aspernãdas  
opes, Christiano non esse fidendum  
huius mũdi præsidiis, sed totũ opor-  
tere pendere de cælo, non esse retaliã-  
dam iniuriam, bene precandũ male  
precantibus. bene merendum de ma-  
le merẽtibus bonos om̄es velut eius



dem corporis membra diligēdos ac  
fouendos ex æquo, malos toleran-  
dos, si corrigi nequeant, qui suis exu-  
untur bonis, qui depelluntur posses-  
sionibus, qui lugent hos beatos esse  
non deplorandos, mortem optandā  
etiam piis, vt quæ nihil sit aliud, quā  
traiectus ad immortalitatem, hæc in-  
quam & huiusmodi, si quis afflatus  
spiritu Christi p̄dicet, iculcet, ad hæc  
hortetur, inuitet, animet, is demū ve-  
re theologus est, etiam si fossor fuerit  
aut textor, Hæc si quis & ipsis præ-  
stet moribus, is deniq; magnus est  
doctor. Qua ratiōe intelligant ange-  
li, fortasse subtilius differat alius, vel  
non Christianus, at illud persuadere  
vt hic puri ab omnibus inquinamē-  
tis vitam exigamus angelicam, id de-  
mum Christiani theologi munus est  
Quod si quis obstreperet, hæc esse

Magnus  
doctor.

Munus,  
theologi.

B iiii

Christiani  
Christi doc-  
trinam cras-  
sam vocant  
et idiotis-  
cam.

crassula, & idiotica, nihil aliud huic  
responderim, nisi quod haec crassa Chri-  
stus praecipue docuit, haec inculcant  
apostoli, haec quantumuis idiotica,  
tot germanae Christianos, tot insigni-  
um martyrum examina nobis pro-  
diderunt. Haec inquam illiterata, ut  
ipsis videtur, philosophia, summos  
orbis principes, tot regna, tot gentes  
in suas pertraxit leges, id quod nulla  
Tyrannorum vis, nulla philosophorum  
poterat eruditio. Neque vero repug-  
no, quo minus sapientiam istam, si vi-  
detur, loquantur inter perfectos. At  
hoc certe nomine consoletur sese huius-  
modi Christianorum vulgus, quod istas  
subtilitates, an sciuerint apostoli, vide-  
rint alii, certe non docuerunt. Haec in-  
quam plebeia, si praestarent pro sua  
forte principes, si in contionibus in-  
culcarent sacerdotes, si pueris instilla-

Apostoli  
subtilita-  
tes non do-  
cuerunt.

rent ludimagistri potius quã erudia  
ta illa, ex Aristotelis & Auerrois de  
prompta fontibus non sic perpetuis  
pene bellis tumultuaretur vndique  
res Christiana, non tam infano studio  
perphas nephasq; cõgerendi diuiti-  
as feruerent omnia nõ tot litibus vbi-  
q; perstreperent sacra pariter ac pro-  
phana. Deniq; non titulo tantum &  
ceremoniis differremus ab iis q; chri-  
sti philosophiam non profitentur. Si-  
quidem in his tribus hominum ordi-  
nibus præcipue situm est Christiane  
religionis vel instaurandæ vel augẽ-  
gæ negocium, in principibus, & qui  
horum gerunt vices magistratibus,  
in episcopis, & horum vicariis, sacer-  
dotibus, & in his qui primam illam  
ætatem ad omnia sequacem, institu-  
unt. Quos si omisso suo negotio cõ-  
tingat ex animo conspirare in Chri-

Præcipes

Episcopi  
Ludimagistri.

C

γνησιον  
id est. gers  
manū hoc  
est verum

Veritas.

stum, nimirum videremus haud ita  
multis annis verum quoddam, vt &  
Paulus inquit, γνησιον Christianorū  
genus passim emergere, quod Chris-  
ti philosophiam, non ceremoniis tā-  
tum, & propositionibus, sed ipso pe-  
ctore, totaq; vita referret. His armis  
longe citius pellicerentur ad Christi  
fidem Christiani nominis hostes, q̄  
minis aut armis Vt omnia iungamus  
præsidia, nihil ipsa veritate potenti-  
us. Platonius non est qui Platonis  
libros non legerit, & Theologus est  
non modo Christianus qui Christi  
litteras non legerit? Qui diligit, inqt,  
me, sermones meos seruat, hanc ipse  
notam præscripsit. Proinde si vere  
ex anio sumus Christiani, si vere cre-  
dimus illum e cælo missum vt ea nos  
doceret, quæ philosophorum sapien-  
tia non poterat, si vere expectamus

ab eo, q̄d nllī prīcipes, quātūvis opu-  
lenti donare queūt, cur est nobis q̄c-  
quā huius literis antiquius? Cur om-  
nino q̄cquā videt̄ eruditū, quod ab  
hui⁹ decretis diffidet? Cur in his ado-  
randis literis, idem, ac pene dixerim  
plus, nobis p̄mittimus quā in Cæsar-  
reis legibus, aut medicorū libris sibi  
p̄mittūt interpretes p̄phani? vt p̄in-  
de quasi in re ludicra versemur, ita q̄c-  
quid in buccā venerit, cōmentemur  
detorqueamus, inuoluamus. Cæle-  
stia dogmata, ceu Lydiā regulam, ad  
nostrā p̄trahimus vitā, & dū oībus  
mōis fugimus ne parū multa scisse vi-  
deamur, q̄cquid vsquā est p̄phanarū  
literarū huc cōuehentes, id q̄d est in  
Christiana philosophia p̄cipuū, nō  
dicā corrūpimus, sed q̄d negari non  
pōt, ad paucos homīes cōtrahimus  
rē, qua Christus nihil voluit esse cō-

*Temeris  
tas q̄run-  
dī.*

Philosophia christiana  
quibus in rebus  
et quod

Philosophia christi-  
ana restauratio  
bonae condite  
nature.

Ethnici.

munis. Hoc philosophię genus in af-  
fectibus sitū verius, quam in syllogis-  
mis, vita magis est quā disputatio, af-  
flatus potius quā eruditio, transformā-  
tio magis quā ratio, Doctos esse, vix  
paucis cōtingit, at nulli non licet esse  
Christianū, nulli nō licet esse piū, ad-  
dā audacter illud, nulli non licet esse  
Theologū. Iam facile descēdit in ani-  
mos omniū, quod maxime secundū  
naturā est Quid aut aliud est Christi  
philosophia, quā ipse renascentiā vo-  
cat, quā instauratio bonae conditae natu-  
rae. Proinde quanquā nemo tradidit  
hæc absolutius, nemo efficacius quā  
Chrius, tñ pmulta reperire licet in eth-  
nicorū libris, quæ cū huius doctrina  
cōsentiant. Nulla fuit vnquā tam crassa  
factio philosophiæ, quæ docuerit  
pecuniā. hominē reddere felicē nulla  
tam impudēs quæ in vulgaribus istis

honoribus aut voluptatibus finē bonū  
ni cōstituerit. Viderūt Stoici, nemi-  
nē esse sapientē, nisi bonū virū, vide-  
runt, nihil esse vere bonum aut hone-  
stum, præter verā v̄tutem, nihil hor-  
rendū aut malū, præter vnā turpitu-  
dinem. Iniuriā nō esse pensandā iniu-  
ria, multis mōis apud Platonē docet  
Socrates, item cū immortalis sit ani-  
ma. nō esse deplorandos, qui cū fidu-  
cia, bene actæ vitæ hinc demigrāt in  
vitā feliciorē, præterea animā oibus  
mōis abducēdam ab affectibus cor-  
pis, & ad ea traducendā, quæ v̄e sūt,  
cū non videant. Nullā rem nobis sua-  
uem esse posse. quæ non aliquo mō  
cōtemnat, in politicis scripsit Aristo-  
teles vna v̄tute excepta. Nihil in vita  
homini suaue esse posse, nisi adsit ani-  
mus nullius mali sibi conscius, vnde  
ceufōte scatet vera voluptas, fatetur

Stoici

Socrates

Aristoteles

C iii

**Epicur<sup>9</sup>.** & epicurus. Quid qd' magnā huius  
doctrinæ partē præstiterē nō pauci,  
p̄cipue Socrates. Diogenes & Epicu-  
tet<sup>9</sup> ? At eadē cū tāto plen<sup>9</sup> & docu-  
**Libus.** erit & p̄stiterit Ch̄rus, an nō pdigii  
simile, hęc a Christianis vel ignorari  
vel negligi, vel etiā rideri. Si sunt que  
p̄pius p̄inent ad Christianismū, his  
antiquatis illa sequamur, sin hęc sola  
sunt, quæ vere Christianū possint ef-  
ficere, cur hęc p̄pmodū magis pro  
**Decreta**  
**ch̄ri p̄ ob**  
**soletis ha**  
**bemus.** obsoletis & abrogatis habemus, c̄p̄  
libros Mosaicos, Primū autē est scire  
qd' docuerit, p̄ximū est p̄stare. Ne  
que enim ob id opinor, q̄sq̄quam sibi  
**Decargu**  
**tū faciunt**  
**at nō ch̄ri**  
**stianum.** Christianus esse videat̄, si sp̄iosa, mo-  
lestaq̄ verborū p̄plexitate, de instāti-  
bus, de relationibus, de q̄dditatibus  
ac formalitatibus disputet, sed si qd'  
Christus docuit & exhibuit, id tene-  
at exprimatq̄. Nō quod horū studi



um damnē, qui in argutiis huiusmōi  
non sine laude exercuerūt ingenii sui  
vires, nolim eīm offendi quēquā, sed  
qd existimē. & vere, ni fallor, existio.  
purā ac germanā illā Christi, philo-  
sophiam, nō aliunde felicius hauriri  
quā ex euāgelicis libris, quā ex Apo-  
stolicis literis, in qbus si quis pie phi-  
losopheē, orans magis quā argumē-  
tans, & trāssformari studēs potius q̄  
armari, is nimirū cōperiet nihil esse  
quod ad hominis felicitatē, nihil qd  
ad vllā huius vitæ functionē ptineat  
quod in his nō sit traditū, discussum  
& absolutū. Siue quid discere cupi-  
mus, cur alius autor magis placet q̄  
ipse Ch̄rus? Siue viuēdi formā requi-  
mus, cur aliud nobis prius est exem-  
plū, quā Archetypus ipse Ch̄rus? Si-  
ue pharmacū aliquod aduersus mo-  
lestas animi cupiditates desyderam⁹,

Ex euāge-  
licis et ap-  
ostolicis  
literis ger-  
mana.

Et hī phi-  
losophia  
felicius  
hauritur.

utilitas

Litere ho  
minum.

Christus  
nō minus  
nobis pre  
sens est in  
euāgelicis  
literis q̄  
cū uiuere

cur alibi putamus remediū esse præ  
sentius? Siue cupimus residē ac lang  
uescentē animū expergefacerē lectio  
ne, quæso vbi repias igniculos æque  
uiuos & efficaces? Siue visum est ani  
mū ab huius vitæ molestiis auocare,  
cur aliæ magis placent delitiæ? Cur  
statim malumus ex hominum literis  
Christi sapientiā discere quā ex ipso  
Christo? qui quod pollicitus est se sp̄  
nobiscū fore vsq; ad cōsummationē  
sæculi, in his literis præcipue præstat  
in qbus nobis etiā nū uiuit, spirat,  
loquit, pene dixerim efficacius, q̄ cū  
inter homines versare. Minus vide  
bāt, minus audiebāt Iudei, quā tu vi  
des & audis in Euāgelicis literis, tū  
vt oculos & aures adferas, qbus ille  
cerni et audiri, possit. Quid tandem  
hoc rei est? Literas ab amico scriptas,  
seruamus, exosculamur, circūferē

rimus, iterum atque iterum relegimus  
& tot sunt milia Christianorum, qui  
cum alioqui docti sint. Euangelicos &  
Apostolicos libros, ne legerint qui-  
dem unquam in omni vita. Mahume-  
tæi sua tenent dogmata, Iudæi & ho-  
die ab ipsis cunabulis suum ediscunt Mo-  
sen. Cur nos non idem prestamus Chri-  
sto? Qui Benedicti profitentur institu-  
tum, regulam ab homine, eoque pene  
idiotæ, & idiotis scriptam, tenent ediscunt  
imbibunt. Qui Augustiniani sunt or-  
dinis, authoris sui regulam callent. Fran-  
ciscani Francisci sui traditiunculas ado-  
rant, amplectuntur, & quocumque terrarum se con-  
tulerint, secum circumferunt, tutos se non cre-  
dunt, nisi libellus adsit in sinu. Cur il-  
li plus tribuunt regulæ ab homine scri-  
ptæ, quam uniuersi Christiani suæ re-  
gulæ, quam omnibus tradidit Christus  
quam omnes ex æquo professi sunt in

Domine

Deus.

D

Pium vo-  
tum.

Theolo-  
gia recēs

baptismo. Denique qua ( vt sexcētās  
etiā addas ) nulla possit esse sanctior.  
Atq; vtinā fiat, vt quēadmodū Pau-  
lus scripsit . Mōsi legem nō fuisse glo-  
riofam præ gloria succedētis Euāge-  
lii, ita Christianis om̄ibus Euāgelia  
& Apostolorū literæ ita sancte habe-  
antur, vt hæc præ illis nō videant esse  
sancta, Quid Alberto magno, quid  
Alexandro, qd Thomæ, quid Aegi-  
dio, quid Ricardo, qd Occam alii ve-  
lint tribuere, p̄ me sane cuiq; liberū  
erit, nolim enim cuiusquā imminue-  
re gloriā, aut cū inueteratis iam ho-  
minū studiis dimicare. Sint illa quan-  
tumuis erudita, quantūuis subtilia,  
quantūuis si velint seraphica, hæc tñ  
certissima fateant̄ oportet. Paulus di-  
iudicari vult sp̄s prophetarū, num  
ex deo sint. Augustinus omnes om-  
niū libros cum iudicio legēs, nihilo

plus iuris postulat et suis. In his solis  
literis, & qd̄ non assequor, tñ adoro  
Hunc authorē nobis nō schola The  
ologorū, sed ipse pater cælestis, diui  
næ vocis testimonio cōprobauit, idē  
q̄ bis, primū ad Iordanem in baptis  
mo, deinde in mōte Thabor in trās  
figuratione. Hic, inqt, est filius meus  
dilectus, in quo mihi cōplacitū est, ip  
sum audite. O solidā authoritatē, ve  
re q̄ ( vt isti vocant ) irrefragabilem.  
Quid est ipsum audite? Nimirū, hic  
vnicus est doctor, huius vnus disci  
puli sitis. Attollat studiis suum q̄sq̄  
quantū volet authorē, hoc de vno ci  
tra exceptionē dictū est Christo. In  
hunc primū descēdit columba, pater  
ni testimonii cōprobatrix. Huius spi  
ritū p̄xie refert Petrus, cui summus  
ille pastor oues suas semel iterum ac  
tertio pascēdas cōmisit, pascēdas autē

Ab autho  
re.



Petrus.

D ii

haud dubiū quin Christianæ doctri-  
**Paulus.** næ pabulo. Hic in Paulo veluti rena-  
tus est, quē ipse vocavit organū elec-  
tum, & insignē sui nomis preconem.  
**Joannes** loānes qd̄ e sacrosancto illo pectoris  
fonte hauserat, id suis expressit literis  
**Scotus.** Quid queso simile in Scoto (nolī id  
cōtumelię causa dictum videri) quid  
**Thomas** simile in Thoma? Quanquā illius in-  
genium admiror, huius etiā veneror  
sanctimonīā. Cur nō ī his tātis auto-  
ribus philosophamur omnes? Quin  
hos sinu circūferimus, hos semp ha-  
bemus in manibus, quin in his vena-  
mur, scrutamur, disgramus assidue?  
Cur maior vitæ portio dañ Auerroi  
quā euangeliis? Cur tota pene ætas  
in hominū decretis & inter se pugnā  
tibus opiniōibus conterit̄? Iam vero  
sint illa sane, si libet, sublimiū Theo-  
logorū. At in his certe sit futuri quō-

dam magni Theologi tyrocinium.  
Quotquot in baptismo iurauimus  
in verba Christi, si tñ ex animo iura-  
uimus, mox inter ipsos parentū com-  
plexus, & nutricum blanditias. Chri-  
dogmatis ībuamur. Nā & altissime *Chri dog-*  
insidet, & tenacissime hæret, qđ pri- *matie in-*  
mum rudis illa animi testula cōbibe- *buēdi pus-*  
rit. Christū prima sonet balbuties ex *eri.*  
huius euāgeliis prima formet̃ infan-  
tia, quē ita cum primis tradi cupiā, vt  
& a pueris amet̃. In his deinde versē-  
tur studiis, donec tacitis auctib⁹ ado-  
lescant in virū robustum in Christo.  
Aliorū literæ sunt eiusmodi, vt nō pa- *Liter bus*  
rum multos pœnituerit insūpte in il- *mane.*  
lis ope, ac sæpenūero fit, vt qui p om-  
nē vitam pro tuēdis illarum decretis  
ad mortem vsq; depugnarūt, in ipsa  
morte ab authoris sui factione descī-  
scāt. At felix ille quē in hisce literis me *Diuine.*

D iii

In has  
transformemur.

In euāge-  
licā & apo-  
stolicis li-  
teris spi-  
rans est &  
viva Christi  
imago.

ditantē mors occupat. Has igit̃ toto  
pectore sitiamus oēs, has amplectamur,  
in his iugiter versemur, has ex-  
osculemur. his demū imoriamur, in  
has transformemur, quāquidē abeunt  
studia in mores. Qui cōsequi nō po-  
test (quis aut̃ id nō potest, si mō velit)  
is saltem adoret hasce literas, ceu the-  
cam illius diuini pectoris. Si quis ostē-  
dat Christi pedibus impressum vesti-  
giū quā procūbimus Christiani quā  
adoramus? At cur nō potius viuā il-  
lius & spirantē imaginem in hisce ve-  
neramur libris? Si quis Christi tunis-  
cā exhibeat, quo nō terrarū prouola-  
turi simus, vt eā osculari liceat? Atq̃  
vt totā illius suppellectilē pferas, ni-  
hil erit, quod Christū expressius ac  
verius repræsentet, quā euāgelicæ li-  
teræ. Ligneā aut saxeam statuā, amo-  
re Christi, gēmis auroque decoram



Quin hæc potius auro gemmisq̄, et  
si q̄d his pretiosius, insigniunt̄, quæ  
tanto præsentius Christū nobis refe-  
runt, quā vlla imagūcula? Siquidem  
illa, q̄d aliud quā corp̄is figuram ex-  
primit? si tñ illius quicquā exprimit,  
at hæ tibi sacrosanctæ mēt̄is illius vis Euangelii  
uā referūt imaginem, ipsumq̄ Chri- ce literæ.  
stum loquentē, sanantē, morientem,  
resurgētē, deniq̄ totū ita præsentē  
reddunt, vt minus visurus sis, si corā  
oculis conspicias.

¶ Lipsiæ ex ædibus Valentis-  
ni Schumanni Anno dñi  
Millesimo quingentesi-  
mo vigesimo primo.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be in a historical or scholarly context.



AB 149973

X 2203925

Sb.

EY  
S  
R  
17

A  
149





## ERASMI ROTERODAMI

Paraclesis id est, adhortatio ad  
Christianæ philosophiæ  
studium.

**L**ACTANTIVS ille Firmianus, optime lector, cuius linguam vnice miratur Hieronymus, Christianæ religioni patrocinaturus aduersus Ethnicos, cum primis optat sibi dari eloquentiam, Tullianæ proximam, improbum ratus, opinor, optasse parem. At ego sane, si quid huiusmodi votis proficitur, tantisper dum mortales omneis ad sanctissimum ac saluberrimum Christianæ philosophiæ studium adhortor, ac veluti classicum canens euoco, vehementer optarim eloquentiã mihi dari, longe aliam quam fuerit Ciceroni, si minus picturatum quam fuit

A ii